

N. 301.

A. D. 1363

(23 giugno; Indiz. I) - Barletta

<i>Provenienza</i>	Cattedrale (olim S. Chiara).
<i>Rogatorio</i>	<i>Angelus de Henrico not.</i>
<i>Descrizione</i>	Alt. m. 0,74; larg. m. 0,45. Tagliata alle estremità, corrosa al centro, sciupata nelle piegature. Servi di legatura ad un <i>bonorum</i> del 1670.
<i>Contenuto</i>	Si autenticano tre transunti, riguardanti i beni ereditati da <i>Aquilina</i> , figlia di <i>Iohanna de Carbonaria</i> e di <i>Risulus de Marra</i> . Costei era moglie di <i>Ricardus Firlingerius, dominus casaliu Vetri et S. Iohannis de Vitice</i> . I beni <i>locales</i> e i possedimenti ereditati sono: una <i>corona</i> di oro con pietre (once 30); <i>arbor una</i> d'oro (once 13); <i>frontena</i> una d'oro (once 3); <i>terciolum</i> 1 d'oro (once 4); una pezza di panno d'oro (once 10); moneta contante once 40; un palazzo <i>in pictagio Cambii</i> ; una masseria in territorio di Canosa. Negli atti sono citati molti nobili signori che prendono parte al contratto.

[+] Anno a Nativitate eiusdem Millesimo Trecentesimo sexagesimo tertio. Regnante Serenissima domina nostra Iohanna *etc.* Regnorum vicesimo primo. Mense Iunii die vicesimo tertio eiusdem prime Indictionis apud Barolum. Nos Ciccus de Costantino de Neapoli baiulus dicte terre Baroli, Petrus de . . . causarum civilium presenti anno prime indictionis per Reginalem Exellentiam deputatus, presenti puplico scripto fatemur atque testamur quod predicto die dum sederemus in Reginali Curia Baroli iuxta domum Monasterii Sancte Lucie de barolo, iuxta vias puplicas et alios confines *etc.* Presentibus Masio de Riso Annali dicte terre baroli notario et testibus *etc.* Nobilis et Egregius vir [Ricardus dominus] Vetri et Sancti Iohannis de Vitice ad ipsam Curiam veniens comparuerunt coram nobis, enim nobiles Mulieres Iacobellam, [Ramanellam et Aquilinam] et nuptui traditas per dictam dominam Iohannam matrem earundem de dotibus datis et assignatis eis seu . . . assignasse et assignatas contentas et bene pagatas *etc.* sorores filias qd. Risuli de Marra *etc.* *Seguono le tre abbreviature come qui appresso:*

Et tenor unius ex predictis abbreviaturis per omnia talis est: Mense Iulii die septimo eiusdem undecime Indictionis apud Barolum. Matheus de Flamingo olim in anno decime Indictionis proximo preterite Regius et reginalis baroli Iudex. et pro presenti anno undecime Indictionis in defectu Iudicum nondum in dicta terra Baroli per Curiam creatorum Angelus de Henrico puplicus eiusdem terre notarius et testes subscripti *etc.* fatemur quod ad petitionem et preces proinde nobis factas pro parte nobilis Mulieris domine Iohanne de Carbonaria de Baro Relicte qd. viri nobilis Risuli domini Corradi de Marra concivis nostre contulimus nos personaliter ad domum dicti qd. Risuli sitam Intus in dicta terra baroli in pictagio cambii in loco Marrensium iuxta domum Nicolai de Marra Militis iuxta domum heredum qd. domini Guillelmi de azardo viam puplicam et alios confines. et ibidem invenimus dictam dominam Iohannam, Iacobellam et Romanellam filias dicte Iohanne, et predicti qd. Risuli, nec non et dominam aquilinam sororem predictarum Iacobelle et Romanelle, ac filiam dicte domine Iohanne et predicti Risuli. Que predictae Iacobella et Romanella prius a me predicto Iudice inquisite *etc.* consensu Corradi domini Iohannis de Marra, Iacobi domini Iaczo-